Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



150

plerique arbitrantur maximum esse
signorum quod lazarus suscitatus est. quod
cecus lumen in utero acciperit quod ad ior
danem uox audita sit patris. quod transfigu
ratus in monte gloriam ostenderit triumphantis
Mihi inter omnia signa quae fecit hoc uidetur
esse mirabilius quod unus homo et illo tempo
re contemptibilis et in tantum uilis ut post ecce
crucifixus et ut scribis et pharisei contraxerint
seuientibus luctra sua destrui. potuerit ad
uniuersi flagelli uerberatione tantam eicere multi
tudinem. mensasque subuertere et cathe
dras confringere. et alia facere quae infi
nitus non fecisset et exercitus. igneum enim
quod dam ad quem sidereum mediabat et oculis ei
et diuinitatis maiestas lucebat in facie.
Cumque manum non audeant iniicere sacer
dotes tamen operae calumniantur. et testi
monium populi atque puerorum qui clama
bant osanna filio dauid uertunt in calumniam.
quod uidelicet hoc non dicitur nisi soli filio dei.